

quod in totius ecclesiæ beneficium sine ullius iniuria aut preiudicio redundet. Si qui sint, qui secus factum existimant, producant in scriptis suspicionum et rationum suarum capita, quibus summa cum fide et simplicitate libentissimè satisfaciemus.

Tantum autem abest, ut à magistratu heretico uiaticum minimum aliquod subsidij pro hoc itinere conficiendo acceperimus, ut libros, supellectilem, omniaque nostra Ecclesiastica ornamenta uendere, æreque alieno nos obstringere simus coacti, ut tandem ad pedes Sanctitatis suæ nos sisteremus ad controuersias istas penitus delendas et dirimendas, ut Catholici in Anglia interna saltem pace et concordia perfruantur.

3. *Responsio ad ea quæ obijciuntur de variis nostro nomine Impressis* 54, f. 111.  
*Libr.s.*

In confesso, et liberrimè profitemur duos libros à fratribus nostris esse editos, unum Sanctitati suæ,<sup>a</sup> alterum Ill<sup>mis</sup> D'nis Inquisitoribus dedicatum,<sup>b</sup> idque nostro tum consensu tum consilio in quibus nihil contra fidem aut bonos mores contineri speramus in quorum altero præfixæ sunt rationes, quibus adducti, seu potius coacti, ad proclum configimus. De alijs uero librīs, quos in nomine sacerdotum secularium nonnulli editos esse dicunt, et hereticas continere expositiones, absque omni nostro consensu et notitia impressos et publicatos esse sanctissimè protestamur,<sup>c</sup> et si qui huiusmodi extant libri, aut omnino conficti sunt, et sub falsis

<sup>a</sup> *Declaratio motuum ac turbationum quæ ex controversiis inter Jesuitas, iisque in omnibus faventem D. Georgium Blackwellum Archipresbyterum et Sacerdotes Seminariorum in Anglia, ab obitu ill<sup>mi</sup> Card. Alani pīe memorie, ad annum usque 1601. Ad S. D. N. Clementem octavum exhibita etc.* By J. Mush.

<sup>b</sup> *Relatio compendiosa turbarum quas Jesuitæ Angli una cum D. Georgio Blackwello . . . concivere . . . sacrosanctæ inquisitionis officio exhibita, etc.* By Dr. Bagshaw.

<sup>c</sup> The books in question were mainly from the pen of William Watson. They were published after the departure of the appellants to Rome, and when known were repudiated by the more moderate men of their party. Even Bagshaw, the author of the *True Relation*, expresses his disapproval of Watson's tone.

nominibus editi ad maiorem inuidiam et odium in sacerdotes excitandum, conflandum, aut ab aliquo uno inscijs fratribus sunt confecti.

- 54, f. 111b.** 4. *Responsio ad illud quod obijicitur de Paucitate eorum qui ex parte nostra stant in negotijs cum Sanctissimo tractandis.*

Quod ad numerum attinet. Cum causa nostra ab illo Iudice sit audienda qui rei aequitatem, et rationum grauitatem, magis quam multitudinem personarum respicit, parum refert de numero, modo justum et aequum sit quod proponimus et postulamus, deinde mirum uidetur, quomodo qui paucitatem obijciunt, negotium quod cum sanctissimo sumus tractaturi nescientes scire tamen possint quot sint à nostris partibus, quot contra nos. Denique si totum hoc negotium multitudine suffragiorum putat Sua Sanctitas dirimendum; liberet omnes in Anglia sacerdotes, qui non sint uel actu uel uoto Jesuitæ, ab omni oppressionis, infamiae, iniuriæque metu, et unicuique auctoritate sua imperet ut suffragium suum ex conscientiæ dictamine liberè proferat et tum demum si pauciores fuerimus causa cademus.

- 54, f. 112.** 5. *Del Libro toccante alla Successione alla Corona d' Inghilterra, fatto per il Patre Personio Anno Domini 94, dedicato all' 11<sup>mo</sup> Conte d' Essex del Consiglio Secreto della Maestà della Regina d' Inghilterra. . . . di quel libro fol. 150 sono queste parole, nel preiudicio della Corona de Francia.<sup>a</sup>*

This then being so clear as it is, first, that according to the common course of Succession in England and other countries, and according to the course of all Common Law, the Infanta of Spain should inherit the whole kingdom of France, and all other States thereunto belonging, she being the daughter and heir of King

\* 'A Conference about the next Succession to the Crowne of Ingland . . .' Published by R. Doleman, 1594. I have here substituted for the extract in Italian the passage in the original, taken from Part ii. p. 117 of the reprint of 1681.